

Sunt in Ianuario maximi algores¹,
 Qui estinguunt² hominum cunctorum amores
 Et deferri faciunt calidos renones
 Et morari homines sepe ad carbones.

Licet Februario ego fui natus,
 In meo dictamine non erit³ laudatus.
 Ipse nam si⁴ melius foret operatus,
 Super omnes alios esset coronatus.

Dicamus de Marcio, qui est furibundus
 Et conturbat maria ipse iracundus⁵,
 Dat nivem cum sole, sicut est iocundus⁶,
 Est et Februario magis oribundus.

Sed Aprillis pulcrrior floribus ornatus,
 Qui impellit volucres ad amorum actus —
 Dulciter perficiunt phylomene cantus —
 Et inducit homines ad dulcores cordis⁷.

Ecce pulcer Madius, qui permutat mores,
 Qui accendit hominum mentes in amores,
 Facit enim prohici⁸ pelles arctiores⁹
 Et deferri¹⁰ sepius vestium calores.

Nam cellorum Dominus sedet super alta,
 Constituit¹¹ Iunium, ut seccaret prata,
 Qui maturat segetes, grana variata
 Diu ab hominibus sunt desiderata.

Sequitur et Iulius, qui est in calore,
 Quem expectant homines magno cum tremore,
 Segetes et colligunt grani cum¹² sudore
 Et trahunt in areis magno cum¹³ labore.

Nam Augustus veniens mensis rusticorum,
 Quem multum desyderant ventres puerorum,
 Et implet cotidie corpora eorum,
 Tota die comedunt moribus porchorum.

1) 'argores' Hs. 2) 'esti' Hs. 3) 'eris' Hs. 4) 'nō sit' Hs.
 Die Emendation ist mir zweifelhaft. 5) 'iracondus' Hs. 6) 'iocondus'
 Hs. Es fehlt dem Verse eine Silbe. 7) So hat die Hs., da das aber
 gegen den Reim ist, so muss etwas anderes vom Poeten geschrieben sein.
 8) 'phyci' Hs., das erste i ist aber durch darunter gesetzten Punkt
 getilgt, also in 'phyci' corrigiert. 'Prohici' ist = 'proici'. 9) Das
 Wort ist nicht deutlich in der Hs. geschrieben. 10) Das ist =
 'deponi'. 11) 'Cūstituit' Hs. 12) 9 Hs. 13) Fehlt Hs.